

Fra Gallus Anonymus' *Chronicon*, innledningen

*Etter å ha dedisert verket til erkebiskop Martinus, biskopene Simon, Pautus, Maurus og Syroslaus, og kansleren Michael, fortsetter forfatteren:*

Ni vestra auctoritate suffultus, patres praetitulati, vestraque opitulatione fretus firem, meis viribus in vanum tanti ponderis onus subirem, et cum fragili lembo periculose tantam aequoris immensitatem introirem; sed securus nauta poterit in navicula residens per undas saevientis freti navigare, qui nauclerum habet peritum, qui scit eam certam ventorum et siderum moderamine gubernare. Nec maluissem quoquo modo tantae Charybdis naufragium evitare, ni libuisset vestrae caritati meam naviculam vestri remigii gubernaculis sublevare; nec de tanta silvarum densitate ignarus viae potuissem exire, ni vestrae benignitati placuisset certas mihi metas interius aperire. Tantorum ego rectorum adminiculis insignitus portum subibo securus, ventorum turbinibus expertus; nec dubitabo lippis luminibus viam incognitam palpitare, cum cognoverim rectorum oculos praecedentium luce lucidius coruscare.

Hadde jeg ikke kunnet støtte meg til Eders anseelse og innflytelse, nyss omtalte Fedre, og forlate meg på Eders hjelp, ville jeg med egne krefter forgeses ha påtatt meg en så tyngende byrde, og med den aller største fare ville jeg i min skrøpelige farkost ha gitt meg havets umåtelige vidder i vold. Men når den sjøfarende om bord har en øvet rormann, som med forstand på vind og stjerner sikkert styrer skuten frem, kan han i sitt fartøy trygt pløye de frådende bølger. Hvis ikke Eders Høyærverdigheter hadde funnet det for godt å låne min lille båt Eders ledelses faste ror, hadde jeg visselig lidd skibbrudd, og ei heller hadde jeg, uvitende om veien, funnet ut av skogens villnis, med mindre I i Eders velvilje hadde verdiges å peke ut for meg visse mål der inne. Hedret med slike styresmenns bistand vil jeg stevne trygt i havn, frelst fra stormens raseri, og tross mitt svake syn uten betenkning famle meg frem langs en ukjent sti, i sikker forvissning om at de veivisere som går foran, har øyne som stråler klarere enn lyset.

Fra Gallus Anonymus' *Chronicon*, I. boks prooemium:

Quoniam orbis terrarum in universitate spatiosa a regibus ac ducibus plurimis plurima memoria digna geruntur, quae fastidiosa neglegentia philosophorum, forsitan inopia, silentio conteguntur, operae pretium duximus quasdam res gestas Polonorum principum, gratia cuiusdam gloriosissimi ducis ac victoriosissimi nomine Boleslavi, stilo puerili potius exarare, quam ex toto posterorum memoriae nihil notabile reservare; ob hoc etiam maxime, quod Dei dono precibusque sancti Egidii natus fuit, per quem, ut credimus, bene fortunatus semperque victoriosus existit. Sed quia regio Polonorum ab itineribus peregrinorum est remota, et nisi transeuntibus in Rusiam pro mercimonio paucis nota, si breviter inde disseratur, nulli videatur absurdum, et si pro parte describendo totum inducatur, nemo reputet onerosum. Igitur ab aquilone Polonia septentrionalis pars est Sclavoniae, quae habet ab oriente Rusiam, ab austro Ungariam, a subsolano Moraviam et Bohemiam, ab occidente Daciam et Saxoniam collaterales. Ad mare autem septentrionale vel amphitryonale tres habet affines barbarorum gentilium ferocissimas nationes, Selenciam, Pomeranam et Pruziam, contra quas regiones Polonorum dux assidue pugnat, ut eas ad fidem convertat; sed nec gladio praedicationis cor eorum a perfidia potuit revocari, nec gladio iugulationis eorum penitus viperalis progenies aboleri.

Siden verden er så vidstrakt, øves der av tallrike konger og fyrster mang en minneverdig dåd, som filosofene i uvillig forsømmelighet forbigår i taushet – kan hende av mangel på underretninger. Derfor har vi, drevet av hengivenhet for den vidgjetne og seiersæle hersker Boleslav, funnet det umaken verd heller med ubehjelpsom penn å skildre noen av de polske fyrsters bedrifter enn av dette ikke å bevare noe som helst minneverdig for etter slekten, så meget mer som han ble født ved Guds nåde og den hl. Egidius' forbønn, ved hvem vi tror at lykken har stått ham bi og han bestandig har vunnet seier. Men ettersom polakkenes land ligger langt fra de vanlige ferdselsruter og er lite kjent, unntagen blant dem som drar gjennom det på vei til Rusia i handelsøyemed, vil det forhåpentlig ikke forekomme noen meningsløst om jeg gir en kortfattet redegjørelse for det. Måtte heller ikke noen finne det for besværlig hvis jeg for å beskrive delen også omtaler helheten. Hvis man altså begynner i nord, så utgjør Polen den nordlige del av Sclavonia, og har som naboer i øst Rusia, i syd Ungaria, i sydvest Moravia og Bohemia, og i vest Dacia og Saxoniam. Men ved det nordlige eller amfitryonale hav grenser det mot tre meget ville folkeslag av hedenske barbarer, nemlig Selencia, Pomerana og Pruzia. Mot disse land kjemper den polske hersker iherdig for å omvende dem til troen, men hverken er det lykkes med den forkynnende veltalenhets sverd å rive deres hjerter løs fra hedendommen eller med ødeleggelses sverd fullstendig å utrydde denne ormeyngel.

Saepe tamen principes eorum a duce Poloniensi superati ad baptismum confugerunt; itemque collectis viribus fidem christianam abnegantes, contra christianos bellum denuo paraverunt. Sunt etiam ultra eos et infra brachia Amphitryonis aliae barbarae gentilium nationes et insulae inhabitabiles, ubi perpetua nix est et glacies. Igitur terra Sclavonica ad aquilonem his regionibus suis partialiter divisuris sive constituturis existens, a Sarmaticis, qui et Getae vocantur, in Daciam et Saxoniam terminatur, a Thracia autem per Ungariam, Hunis, qui et Ungari dicuntur, quoniam occupatam, descendendo per Carinthiam in Bavariam diffinitur; ad austrum vero iuxta mare mediterraneum ab Epiro derivando per Dalmatiam, Croatiam et Istriam finibus maris Adriatici terminata, ubi Venetia et Aquileia consistit, ab Italia sequestratur. Quae regio, quamvis multum sit nemorosa, auro tamen et argento, pane et carne, pisce et melle satis est copiosa, et in hoc plurimum aliis praefereunda, quod cum a tot supra dictis gentibus et christianis et gentilibus sit vallata a cunctis insimul et singulis multotiens impugnata, numquam tamen ab ullo fuit penitus subiugata; patria ubi aer salubris, ager fertilis, silva melliflua, aqua piscosa, milites bellicosi, rustici laboriosi, equi durabiles, boves arabiles, vaccae lactosae, oves lanosae.

Sed ne digressionem nimium prolixam fecisse videamur, ad intentionis nostrae propositum revertamur. Est autem intentio nostra de Polonia et de duce principaliter

Riktignok har deres herskere ofte søkt ly i dåpen når de ble slått av den polske fyrste, men ikke før er de kommet til krefter igjen, så har de atter avsvoret kristendommen og på ny gått til krig mot de kristne. Dessuten finnes det foruten dem, lenger mot nord, i Amphitryons favntak, andre hedenske barbarfolk og ubeboelige øyer, hvor det ligger evig sne og is. Slavernes land, som altså i nord kløver seg i eller består av disse deler, ligger mellom på den ene side sarmatene, som også kalles getere, og på den annen side Dacia og Saxonia; fra Thracia når det gjennom Ungaria, som i sin tid ble erobret av hunerne, dem man også kaller ungarere, og videre gjennom Carinthia like til Bavaria; i syd strekker det seg langs Middelhavet fra Epirus gjennom Dalmatia, Croatia og Istria, og støtter, idet det begrenses av Adriaterhavet, til Italia der hvor Venetia og Aquileia ligger. Skjønt landet er rikt på skog, eier det også en overflod av gull, sølv, kjøtt, fisk og honning, og fortjener å fremheves fremfor andre fordi det, skjønt det er omgitt av så mange kristne og hedenske folkeslag, som vi ovenfor har regnet opp, og som – snart i fellesskap, snart enkeltvis – har ført krig mot det, aldri helt er blitt undertvunget av noen fiende. Det er et land hvor luften er frisk og jordsmonnet fruktbart, hvor skogene er fulle av honning, hvor innsjøene kryr av fisk, hvor ridderne er stridslystne, bøndene arbeidssomme, hestene utholdende, oksene pløyevillige, kyrne riktmelkende og sauene tykkullede.

Men for at denne avstikker ikke skal tykkes altfor lang, vil vi nå vende tilbake til det oppstilte emne. Vi akter å skrive om Polen,

Bolezlavo describere, eiusque gratia quaedam gesta praedecessorum digna memoria recitare. Nunc ergo sic ordiri materiam incipiamus, ut per radicem ad ramum arboris ascendamus. Qualiter ergo ducatus honor generationi huic acciderit, subsequens narratio intimabit.

men først og fremst om fyrst Boleslav. Av hensyn til ham vil vi også omtale enkelte av hans forfedres minneverdige bragder, og vi begynner derfor nå vår beretning, idet vi går ut fra roten, for derfra til slutt å nå frem til grenen. Men hvordan Boleslavs ætt oppnådde fyrsteverdigheten, vil den følgende fremstilling vise.

Fra Gallus Anonymus' *Chronicon*. Om inntagelsen av Kiev

Igitur inprimis inserendum est seriei, quam gloriose et magnifice suam iniuriam de rege Ruthenorum vindicavit, qui sibi sororem dare suam in matrimoniam denegavit. Quod Bolezlavus rex indigne ferens, cum ingenti fortitudine Ruthenorum regnum invasit, eosque primum armis resistere conantes, non ausos committere, sicut ventus pulverem, ante suam faciem profugavit. Nec statim cum hostili more civitates capiendo vel pecuniam congregando suum iter retardavit, sed ad Chyou, caput regni, ut arcem regni simul et regem caperet, properavit. At Ruthenorum rex simplicitate gentis illius in navicula tunc forte cum hamo piscabatur, cum Bolezlavum adesse regem ex insperato nuntiant. Quod ille vix credere potuit, sed tandem aliis et aliis sibi nuntiantibus certificatus exhorruit. Tunc demum pollicem simul et indicem ori porrigens, hamumque sputo more piscatorum liniens, in ignominiam suae gentis proverbium protulisse fertur: «Quia Bolezlavus huic arte non studuit, sed arma militaria baiulare consuevit, idcirco Deus ad manum eius tradere civitatem istam regnumque Ruthenorum et divitias destinavit.» Haec dixit, nec plura prosecutus, fugam arripuit. At Bolezlavus, nullo sibi resistente civitatem magnam et opulentam ingrediens, et evaginato gladio in aurea porta percutiens, risu satis iocoso suis admirantibus, cur hoc fecisset, enodavit:

Dernest må det først berettes om hvor glorverdig og ærerikt han hevnet sin urett på rutenernes konge, som hadde nektet å gi ham sin søster til ekte. Harm over avslaget falt kong Boleslav med ubendig tapperhet inn i rutenernes rike, og slo dem på flukt for sitt åsyn, slik vinden sprer støvet, etter at de først hadde forsøkt å sette seg til motverge, men ikke hadde tort innlate seg i åpen kamp. Heller ikke saktet han nå straks sin fremrykning, idet han på fienders vis inntok byer eller samlet seg bytte, men ilte isteden til Chyou (Kiev), rikets hovedstad, for å bemektige seg både kongens borg og kongen selv. Men rutenernes konge var, med den enfoldighet som er særegen for dette folkeferd, tilfeldigvis ute i båt og fisket, da han uventet ble underrettet om Boleslavs komme. Først ville han ikke tro det, men da han til sist måtte fest lit til de stadig nye budbringere som innfant seg, ble han grepet av redsel. Ved denne anledning skal han, idet han løftet tommeltotten og pekefingeren til munnen, for på fiskeres vis å kline spytt på kroken, til sitt folks skjensel ha latt falle disse minneverdige ord: «Fordi Boleslav ikke har dyrket denne idrett, men øvet seg i våpenbyrd, har Gud besluttet å overgi i hans hånd denne by og rutenernes rike med alle dets herligheter.» Etter å ha sagt dette, spilte han ikke flere ord, men grep flukten. Men Boleslav holdt sitt inntog i den store og rike by uten å møte motstand, og banket med et draget sverd på dens gylne port. Da hans ledsagere undret seg på hvorfor han gjorde så, forklarte han med en skjemtsom latter:

«Sicut,» inquit, «in hac hora aurea porta civitatis ab isto ense percutitur, sic in nocte sequenti soror regis ignavissimi mihi dari prohibita corrupetur; nec tamen Boleslavo thoro maritali sed concubinali singulari vice coniungitur, quatenus hoc facto nostri generis iniuria vindicetur, et Ruthenis ad dedecus et ad ignominiam imputetur.» Sic dixit, dictaque factis complevit.

Igitur rex Boleslavus urbe ditissima regnoque Ruthenorum potentissimo decem mensibus potitus, inde pecuniam in Poloniam transmittendo nunquam exstitit otiosus; undecimo vero mense, quia regna quam plurima tenebat, et puerum ad regnandum Meschonem adhuc idoneum non videbat, loco sui quodam Rutheno sui generis in dominium constituto, cum thesauro residuo Poloniam remeabat.

«Liksom byporten av gull i denne stund rammes av mitt sverd, slik skal i denne natt søster av denne feiging av en konge, hun som det ble meg ferment å ta til ekte, miste sin uskyld. Men istedenfor å komme i ekteseng med Boleslav, skal hun forenes med ham bare én eneste gang, på frillevis, som hevn for uretten mot vår ætt, og til skjensel og vanære for rutenerne.» Etter å ha talt så, lot han handling følge på ord.

Kong Boleslav holdt altså i ti måneder denne grunnrike stad og rutenernes stormektige rike besatt, mens han uopphørlig sendte penger herfra til Polen. Men i den ellefte måned, etterdi han hersket over så mange riker og så at hans sønn Mescho ennå var uskikket til konge, innsatte han en rutener av sin slekt som stattholder i sitt sted, og vendte så med resten av rikdommene tilbake til Polen.

Fra Gallus Anonymus' *Chronicon*. Boleslavs innfall i Bøhmen

Inde belliger Bolezlavus, collecta multitudine militari, novam viam aperuit in Bohemia, quo potest Hannibali facto mirabili comparari. Nam sicut ille Romam impugnaturus per montem Iovis prius viam fecit, ita Bolezlavus per locum horribilem, intemptatum prius, Bohemiam invasurus penetravit. Ille montem unum laboriose transeundo tantam famam et memoriam acquisivit, Bolezlavus vero non unum sed plures nubiferos quasi supinus ascendit. Ille solummodo cavando montem, coequando scopulos laborabat iste truncos et saxa volvendo, montes ascendendo arduos, per silvas tenebrasas iter aperiendo, in paludibus profundis pontes faciendo non cessabat. Tanto itaque labore Bolezlavus pro iustitia Borivoi et amicitia tribus diebus et noctibus faciens, fatigatus tale quid in Bohemia fecit, unde semper erit triumphali memoria recordatus.

Etter å ha samlet en tallrik hær banet derfor den stridslystne Boleslav en ny vei til Bohemia. Ved denne minneverdige dåd gjorde han seg fortjent til å sammenlignes med Hannibal. For liksom denne, da han rykket frem for å erobre Roma, var den første som la veien over Jupiters fjell, slik trengte Boleslav, for å angripe Bohemia, gjennom skrekkinngydende egner hvor ingen før hadde satt sin fot. Mens hin vant så stort et ry og gjetord ved møysommelig å passere ett fjell, besteg Boleslav, nesten bakoverbøyd, ikke bare en, men flere skyomhyllende tinder. Mens hin slet seg frem bare ved å uthule berget og jevne klippene, veltet denne uten å nøle ned trestammer og stenblokker, steg opp på stupbratte topper, brøytet vei gjennom mørke skoger og la broer over bunnløse myrer. Ved av hensyn til Borivois rett og vennskapet med ham gjennom tre dager og tre netter å rykke frem med så stort besvær øvet den mødige Boleslav i Bohemia en bedrift som vil bli berømmet i all ettertid.